



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 6. Officium Romanum in Hispania recipitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI.
A.C. 1080.

§. VI.

Officium Romanum in Hispania recipitur.

In Hispania Sanctius primus Rex Arragoniæ, datis ad Gregorium Papam literis, obedientiæ suæ testibus, significabat, se in Regno suo Officium Romanum recepisse, & vicissim Pontifex, epistola vigesima Martii anno millesimo septuagesimo quarto data, gratissimum sibi fecisse Regem professus est. Alphonso quoque Regi Castellarum scripsit, suadens, ut & ipse reciperet, & præsumens, Officium Romanum primo septem Episcopos, a Sanctis Petro & Paulo ad prædicandam fidem illuc missos, invexisse, deinde a Priscillianistis, Gothis Arianis, quibus tandem Saraceni successissent, mutatum. Verum de Missione septem ho-

Vid. Boll.
15. Maji.
Tillem. to. 1.
p. 200.
Sup. lib.
XXXVIII.
§. 12. Greg.
XII. ep. 31.
inter 3.
Sup. lib.
XXXVI.
§. 38.

rum Episcoporum nullibi prius quam in Martyrologiis Sæculi noni mentio occurrit, & quæ Gregorius VII. de mutatione Officii Romani in Hispania dicit, illis quæ suo loco de Liturgia, S. Isidoro adscripta, retuli, non sunt consentanea. Videtur etiam hic Papa ad Regulam a S. Gregorio traditam non attendisse; tam ab aliis Ecclesiis quam a Romana, etiam ad Missarum Solemnia, quod optimum reperiretur, accipiendum esse. Hoc quippe consilium S. Augustino Angliæ Apostolo dedit.

Al.

Alphonsus hujus nominis sextus, ^{Sæculum XI.}
 prius Rex Legionis, Castellarum Re- ^{A.C.1080.}
 gnus Sanctio Rege, fratre suo, post-
 quam annos sex imperasset, anno mille-
 simo septuagesimo tertio, occiso, conse-
 cutus, rerum annos triginta sex potitus
 est. Is Mauris sæpius profligatis Rem
 Christianam in Hispania plurimum au-
 xit. Singulari honore Hugonem Abbatem
 Cluniacensem prosequabatur, credens, se
 per ejus ad Deum preces e carcere, in quo
 a fratre, Rege Sanctio, detinebatur, li-
 beratum fuisse. Quare cum solium con-
 scendisset, Hugonem Abbatem in Hispa-
 niam vocatum munificentissime habuit.
 Duo Monasteria Ordinis Cluniacensis
 fundavit, & veterem hujus Abbatie *
 Ecclesiam demolitus novam a fundamen-
 tis, expensis ingentibus, eduxit. Cen-
 sum annuum, quem Rex Ferdinandus,
 parens ejus, huic Monasterio pendebat,
 altero tanto auxit, jussitque Reges, Suc-
 cessores suos, eundem semper solvere,
 nisi jure Regni privari vellent.

*vit. S. Hug.
 c. 2. Boll. to.
 XI. p. 637.
 Bibl. Clun.
 p. 452.*

* Cluniacensis.
*Berthold.
 Chr. 1093.*

Hæc discimus ex epistola hujus Re-
 gis ad Hugonem Abbatem data, in qua
 fatetur se Robertum monachum, ab eo
 sibi missum, maximi facere, & amore
 singulari prosequi, rogatque, ut eum
 sibi concedat, semper sibi ad latus, vivo
 morientique adfuturum. In fine epi-
 stolæ subdit: *Scias vero, quod postquam*
Offi-

*Spicil. to. 6.
 p. 445.*

Sæculum XI. A.C. 1080. *Officium Romanum te auctore recepimus, propterea in patria nostra magna dissidia orta sint. Fac igitur, quæso, ut Papa mittat ad nos Gervaldum Cardinalem, qui errata apud nos emendet.*

Constantia quoque Regina, Alphonsi uxor, in Galiliis nata, maritum rogaverat, ut Officium Romanum reciperet. Hinc, ut uxori obsequeretur, Legatos ad Gregorium VII. Papam direxerat, qui primo in Hispaniam Richardum Cardinalem misit anno millesimo septuagesimo octavo, & secundo, cum eidem Abbatiam S. Victoris Massiliæ contulit. Quod ex epistolis Papæ decima quinta Octobris anno millesimo septuagesimo nono datis cognoscimus. Ubi Richardus Legatus in Hispaniam pervenit, Robertum monachum sibi adversantem sensit, & ideo etiam duriozem Regem, qui eo honore, quem tantæ Dignitatis eminentia exigebat, Cardinalem & Legatum Summi Pontificis, non coluit. Unde Papa datis ad Hugonem Abbatem literis conquestus est; Monachum istum in pristinum errorem reduxisse centum millia hominum, qui viam veritatis ingredi cœpissent (videlicet, qui Officium Romanum recepturi fuissent) tum Papa Abbati Cluniacensi præcipit; monachum illum revocaret, eique pœnitentiam injungeret. Regi autem scriberet, ipsum hoc facto indignatio

Pelag. Ovet. p. 76. Roderic. l. 6. c. 25.

V. ep. 21. VII. ep. 6. 7.

VIII. ep. 2.

dignationem S. Petri meritum fuisse, & Sæculum XI.
 nisi peccatum hoc deleret, excommuni- A.C.1080.
 candum esse a Papa, qui in eum Chri-
 stianos omnes, quotquot in Hispania S.
 Apostolo fidem servarent, concitaturus
 esset. His Papa addit: *Et, nisi obediat,*
non refugeremus laborem iter in Hispaniam
suscipiendi, eumque tanquam Reli-
gionis Christianæ hostem omnibus viribus
persequeremur. ()* Hæc epistola vige-
 sima septima Junii anno millesimo octo-
 gesimo data est. Jubetque Papa Hugo-
 nem Abbatem aliam epistolam Regi Al-
 phonso

(*) Aperte ad hæc Reverendissimus Augusti-
 nus Calmer disserit in hunc modum in Hist. Uni-
 vers. in fine VIII. volum. *Nemo dicat, Grego-*
rium nostrum tetrici ingenii impetu impulsum
egisse, quæ egit; sed principis, quæ firmissimâ
credebat, innixus Ecclesiam regebat. Nam ex
ejus epistolis videmus, eum bonam a natu-
ra & humanissimam indolem sortitum fuis-
se. Jus, quod sibi tribuebat, deponendi Reges,
& Subditos a fidei juratæ vinculo absolvendi,
ex ipsius principis sequebantur: J. Jesus Chri-
stus Ecclesiæ suæ dedit potestatem ligandi atque
solvendi Reges æque ac plebejos. Si Sedes
Apostolica potestatem a Deo accepit judicandi
Spiritualia, cur non & temporalia? Fideles
cum excommunicatis nullatenus communicent,
cum eis non manducent, nec eis salutem dicant.
 In

Sæculum XI. phonso inscriptam simul transmittere, in
A.C. 1080. qua Pontifex Regem hortabatur; confi-
 lia Richardi Legati sui sequeretur, & ma-
 trimonium cum femina uxoris suæ pro-
 pinqua initum solveret. Ceterum mo-
 nitus Papæ Rex obtemperasse videtur;
 nam ipso jubente Burgis a Richardo Le-
 gato celebratum, & Officium Romanum
 in toto Regno receptum. Lætitiâ in-
 de concepta Papa altera data epistola pro-
 fessus est, in qua Regem exhortabatur,
 ut neutiquam Judæis quamcunque in
 Christianos potestatem concederet.

§. VII.

*In hac opinione firmabatur exemplis Zachariæ
 Papæ, S. Ambrosii, aliorumque, & quæ exin-
 de in summo rigore sequi videbantur, imper-
 territe amplectebatur. Credidisse videtur sine
 ulla hæsitatione Pontifici Romano jus esse una-
 cum corona etiam Imperium Occidentis cui Prin-
 cipi vellet conferendi. A Rege Germaniæ Sa-
 cramentum fidelitatis & obedientiam exigebat;
 similia a Regibus Franciæ, Angliæ, Hispaniæ,
 a Præfektis Sardinia, a Regibus Hungariæ, &
 Principibus Dalmatiæ postulabat. Regnum
 Russiæ Demetrii Regis filio, S. Petri nomine,
 dederat, quæ omnia ex ipsius epistolis patent.
 Unde, si nimius fuit Gregorius, id non pravo
 cuidam affectui, sed errori adscribendum, cum
 certissima esse præsumeret, quæ vel falsa vel sal-
 tem dubia erant. Hæc Calmet eximium Sacri
 Ordinis nostri Benedictini Decus, ex Gallico in
 Latinum versa.*